et notarius Apostolicus suprascriptus instrumentum rogatus tradidi, et pro fide subscripsi

1623 10 9bre
Giuramento fatto dal
S. Gio. Paolo Corio
di Protonotariato
Apostolico

zu Arsolio 27 (63)

Reperitur in Abbreviaturis instrumentorum rogatis per me notarium Apostolicum et Coadiutorem Cancellarie Archiepiscopalis Mediolani inter caeteras, cuius tenoris infrascripti, videlicet. —

In Nomine Domini Amen. Per praesens publicum Instrumentum Cunctis pateat euidenter, & sit notum, quod Anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, die veneris decimo Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papa viij Anno primo, Illustris, & Adm. R. D. D. Io. Paulus Corius Sacerdos Mediolanensis, familiaris Illustrissimi, & Reverendissimi D. D. Federici Cardinalis Borromai Archiepiscopi Mediolani, et Sanctissimi D. N. D. Vrbani Papa viij, ac Sancta Sedis Apostolica Prothonotarius in vim litterarum infrascripti tenoris specialiter creatus, quarum litterarum tenor talis est videlicet —

Vrbanus PP. VIII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Pastoris aeterni, qui, prout vult, dispensat singulis etiam plusquam merita, & vota eorum poscunt, munera gratiarum, vices, quanquam immeriti gerentes in terris minores interdum honoribus efferimus, ut fiant eorum humeri in obseruantia mandatorum Domini fortiores. Nos itaque te, qui, ut asseris, de nobili genere procreatus existis, nostrisque & huius Sanctae Sedis Apostolicae obsequijs insistere intendis grato affectu prosequi, ac personam tuam dignioris nominis titulo decorare volentes, teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. Te in nostrum, & eiusdem Sedis

Notarium auctoritate Aplica tenore praesentium recipimus, & admittimus, ac aliorum nrorum, & eiusdem Sedis Notariorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, tibiq; ut etiam si habitu et rochettum non deferas nihilominus omnibus, et singulis fauoribus, honoribus, indultis priuilegijs, praeheminentijs, exemptionibus, & praerogatiuis, quibus alij nri, et eiusdem Sedis Notij tam de Iure, quam de consuetudine, aut als quomolt utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt quomolt in futurum pari modo absq; tn aliorum nrorum, & eiusdem Sedis Notariorum de numero participantium praeiudicio, & citra exemptiones a Sacro Concilio Trid. sublatas, ac facultates legitimandi, ad gradus promouendi, ac Notarios creandi, aliaq; similia priuilia eisdem Notarijs de numero participantium concessa, seu ab eis prsa, quibus nullibi uti valeas, & si secus a te factum fuerit, irritum, & inane existat uti, frui, & gaudere libere, & licite valeas aucte, & ten. ptis concedimus, & indulgemus. Non obstan' Lateranen' Concilij de certo eorumdem Notariorum numero, cui et si ad illum nondum peruentum fuerit, phoc als non intendimus derogare, alijsq; Constonibus, & ordinonibus aplicis, nec Collegi dtorum Notorum, & iurato, confirmatione aplica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, caeterisq; conrijs quibuscunq;. Tu igitur dilecte fili sic de bono in melius virtutum studijs intendas, ut in nro, & eiusdem Sedis conspectu ad maiora te semper exhibeas meritorum cumulis digniorem. Nosq; proinde ad faciend tibi uberiorem grãm, & honorem merito arctius inuitemur. Volumus autem, quod antequam pntis nrae grae effectu perfrui valeas, in manibus alicuius persona in dignitate Eeclica consta professionem fidei iuxta arclos pridem a Sede pta propositos emittere, & solitu fidelitatis Iuramentum omnino praestari tenearis. Dat Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xvj Octobris MDCXXIII Pontus Nri anno primo.

Coram Adm. Ill. & Rmo D. Mario Antonino IVD, Prothonatario Aplico, ac praefati Illmi, & Rmi D.D. Cardinalis Borromaei Archiepiscopi Vicario Generali, meq; Notario Coadiutore Ill., & adm. R. D. Cancellarij pariter Archiepalis Mediolani, ac testibus infris, genibus flexis humiliter constitutus praefatus Ill. et adm. R. D. Io. Paulus Coirus professionem fidei in manibus eiusdem Adm. Ill., & Rmi D. Marij Antonini Vicarij Generalis emisit, necnon Iuramentum fidelitatis peralios praestari solitum in eiusdem manibus tactis sacrosanctis scripturis ad Sancta Dei Euangelia manib. proprijs, illisq; deosculatis praestitit, & iurauit, quo iuramento praestito, ipse Rmus D. Vicarius Generalis eidem Rochettu, Manteletu, & pileu induit, contulit, & assignauit, super quibus oibus, & singulis petitum fuit a me Notario Coadiutore pti Ill., & Adm. R. D. Cancellarij Arlis infrascripto, unum, pluraue pub. confici Instrum, & Instrumenta.

Actum in Aedibus Arlibus solitae residentiae eiusdem Rmi D. Vicarij Generalis Curiae Arlis Mlni; Prntibus RR. DD. Hieronymo Colliato Can.co Colleg.tae Ecc.ae S. Stephani in brolio Mlni, & Augusto Vacchio Sacerdote Mediolanen' P.O.P. S. Babylae testibus idoneis ad praemissa vocatis, & rogatis.

Ego Io. Bapta Pellionus Coadiutor Canc.rii Archiepalis Mediolani